

ARGENTINÆ, TIGURI, ET BER-

næ civitatum inter se confœderatarum;

Cusi Anno Christi

1588.



Fœdere, quod Anno Christi 1330. tres inter se pepo-
gerant Republicæ, Argentinensis, Tigurina, &
Bernensis, id agebatur: ut sua cuique libertas salva
maneret, quæque ex his per vim hostilem durius
aliquid pateretur, reliquarum parata haberet auxi-
lia. Etsi vero ab eo usque tempore nihil intervenis-
set vel diffidentia, vel querelarum; pactis conventis
ritè servatis: attamen causæ nonnullæ erant, cur hoc

anno fœdus illud renovandū, novisq; aliquot legibus stabiliedū videretur.
Fortè & illa: quod crebræ sub id tēporis in Alsariam Gallorum fierēt excur-
siones: Hispanus etiam cum Pontificiæ religionis Helvetijs societatem
inasse diceretur. Missi itaque Argentinam Casparus Thomas Consul Ti-
gurinus, & Antonius Gasser Bernensium vexillifer, cum decenti plurium
Senatorum comitatu; ut Superiorum suorum nomine fœderis revocati pa-